



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1784

VD18 13322648

§. 67. Epistola trium Cardinalium ad Papam pro Noaillo Cardinale.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

Sæc. XVIII.
A. C. 1728.

§. LXVII.

Epistola trium Cardinalium ad Papam pro Noaillio.

Ut Benedictus Pontifex Noaillii palinodiam in publico Consistorio, quod nonnisi in gravissimis Reipublicæ Christianæ eventibus indici solet, Cardinalibus tanta solemnitate nuntiaret, plurimum conferebat epistola, quam in Noaillii favorem ac commendationem Cardinales Rohanius, Bissyus & Fleuryus die vigesima sexta Octobris ad Papam dederunt. Illius tenor est sequens:

„Vicisti Beatissime Pater, & per
„Te unitas & veritas Catholica trium-
„phavit. Nunc tandem Cardinalem
„Noaillum Tibi & nobis indissolubili
„vinculo conjunxisti. Error, in quem
„æstu disputationis abreptus fuit, no-
„bis eo molestior erat, quo magis
„quamplurima, quæ Religioni & Ec-
„clesiæ præstitit obsequia, vitæ suæ
„sanctitas, morum integritas, & diu-
„turni Episcopatus labores, charita-
„tisque opera illum commendatissi-
„mum nostrique amoris ac reverentiæ
„dignissimum reddiderant. Semitam,
„quam & monstrasti, calcavit, & rite
„ac debite obedientiam juxta Canones

Aaa 4

„Con-

Sæc. XVIII. „Constitutioni *Unigenitus* debitam ex-
 A. C. 1728. „solvit: Fatemur, quod felix hic e-
 „ventus, de quo & nos summopere
 „gaudemus, tuæ sapientiæ & chari-
 „tatis fructus exstiterit: Tres jam præ-
 „terfluxere anni, quibus abhinc datis
 „literis Sanctitati vestræ significavimus,
 „quod hujus operis a binis Prædecesso-
 „ribus tuis incæpti complementum
 „Tibi a Dei providentia reservetur:
 „poterant equidem diversa, quæ ob-
 „jectabantur, obstacula spem nostram
 „concutere, nullatenus tamen ever-
 „tere, nec unquam dubitavimus, Chri-
 „stum Dominum, cujus Sanctitas ve-
 „stra fidelissimus Servus est, tot ejus
 „vota, sollicitudines, preces & lacri-
 „mas ubertim effusas prospero hoc suc-
 „cessu coronaturum: postquam ergo Emi-
 „nentissimus Collega noster authentica
 „Apostolici judicii acceptatione, &
 „hucusque gestorum sincera revoca-
 „tione promeritus est, ut charitatis
 „tuæ sinum eidem aperias, & lætanter
 „sine metu illum recipias, nos charissi-
 „mum hunc Fratrem lubenter ample-
 „ctimur, ei congratulamur, applaudi-
 „mus, & omni affectus testificatione
 „nostra ei obsequia deferimus, & quan-
 „tum possumus, amoris, & veneratio-
 „nis signa monstramus: Agnita enim
 „veritate, & sublata dissensionis causa,
 „ii-

„inutile est, ut inquit S. Sixtus & Sæc. XVIII.
 „magnus ille Cyrillus, ad singula de- A. C. 1728.
 „scendere, omnes rimas investigare,
 „& turbas inde concitatas discutere.
 „Sufficit, ut Charitatis Catholicæ vin-
 „culis invicem uniti amoris nexum ro-
 „boremus, sine quo fidei dogmata ægre
 „absque læsione conservare possemus.
 „Igitur Sanctitas sua, quæ Sedem
 „Apostolicam, & eminentem Episcopa-
 „lis Ordinis gradum dignissime possi-
 „det, Cardinali Noaillio in Consistorio
 „publica benevolentix Apostolicæ mo-
 „numenta, simulque luculenta perfectæ
 „reconciliationis signa dare dignabitur,
 „sicque in illum non modo solatium &
 „robur effundet, sed & eidem ingens
 „auxilium & potens procurabit patro-
 „cinium, ut fideles sibi commissos pa-
 „riter ad obsequium & concordiam re-
 „ducere possit. Non deerunt multa
 „toleranda non modo ab iis, qui foris
 „sunt, id est ab infidelibus, fides enim
 „non omnibus est communis, sed &
 „a Catholicis, iisque, quos eadem
 „fides nobis quasi domesticos Christi
 „efficit; ex his quippe dantur nonnulli,
 „qui a tempore, quo funesti schismatis
 „flammæ grassari cæperant, moribus
 „dissoluti, turbidi & lingua effrænes,
 „quamvis cum ipso Ministerii labores
 „partiti sint, non idem tamen cum
 „ipso

Sæc. XVIII. „ipso sentiunt, sed nunc ejus doctrinæ
 A. C. 1728. „sefe opponunt. Proh! quot injurias,
 „probra & contumelias ejusmodi ho-
 „mines ad contradictiones & maledi-
 „centiam semper proclives in eum ef-
 „fundent? quanta libellorum farrago
 „ex eorum calamis profluet: In hac
 „rerum temporisque vicissitudine in-
 „quietos reprimere, imbecilles robo-
 „rare, nutantes erigere, & inobedi-
 „tes, seductores, & perniciosos ejus-
 „modi Authores potenter reprehendere
 „oportebit. Tot difficultates superandæ
 „erunt Noaillo, & quid aliud ipsum
 „solari & adjuvare poterit, quam sum-
 „mi Pontificis vigilantia, omnium Epi-
 „scoporum vota & auxilia. Hanc di-
 „cendi libertatem & fiduciam Beatif-
 „sime Pater, nobis inspirat ardens stu-
 „dium, quo Constitutionem *Unigeni-*
 „*tus*, tuam & Ecclesiæ auctoritatem
 „semper tamque immote propugnavi-
 „mus, ut in nullo deficere voluerimus,
 „quod ad promovendam Ecclesiæ pa-
 „cem & causam conferre potuisset.
 „Ideo ergo jam pro Cardinale Noaillo
 „peroramus, quia persuasi sumus, ejus
 „agendi modum Tibi placere, illum-
 „que Sacris Canonibus consonum esse:
 „loquimur de ejus epistola ad Sanctita-
 „tem vestram die 19. Julii data, quæ
 „suæ submissionis pignus est, loquimur
 „de

„de ejus Instruktionem Pastoralis, in qua Sæc. XVIII.
 „Constitutionem *Unigenitus* promulga- A. C. 1728.
 „vit, ejusque observantiam suis Diæ-
 „cesanis injunxit: solemniter hoc monu-
 „mento obedientiam Constitutioni de-
 „bitam præstitit, & antea ita revo-
 „cavit, ut omne id, quod vel sub ejus
 „nomine prodiit, vel suæ submissioni,
 „suæque cum vestra voluntatis con-
 „formitati contrarium est, radicitus
 „evellere conatus sit: Ita censemus
 „de nostro Eminentissimo Cardinale,
 „ejusque causa: Confidimus, Sancti-
 „tatem vestram nostrum approbaturam
 „judicium. Clementia vestra vere pa-
 „terna præveniet officia, quæ nos ex
 „amoris Fraternali impulsu eidem exhi-
 „bere certamus: vestra etiam indul-
 „gentia, & provida bonitas superabit
 „nostra, simulque Noailii vota ac
 „preces. „

„Vix ultimam manum huic epistolæ
 „admovimus, cum in scriptum quod-
 „dam typis impressum incidimus, sub
 „nomine hujus Cardinalis, insciis Vi-
 „cariis Generalibus clam in vulgus
 „sparsum, & ejus mandato cum con-
 „sensu & applausu dictorum Vicariorum
 „promulgato recta oppositum. Illud
 „ad Sanctitatem vestram transmissum,
 „simulque relata fuisse ea omnia, quæ
 „Noailius ad detrahendam infau-
 „stæ
 „huic

Sæc. XVIII. „huic rapsodiæ auctoritatem egerit, &
A. C. 1728. „adhucdum agere intendit, haud igno-
 „ramus, siue ergo sub conficta Noail-
 „lij nomine prodierit, siue malis
 „artibus extortum fuerit, semper inde
 „elucet extremi Ecclesiæ hostium co-
 „natus, quibus nil intentatum inau-
 „sumque relinquunt, ut hunc Cardi-
 „nalem, cujus auctoritas firmissimum
 „erat eorum fulcrum, suæ factioni as-
 „fererent, & sub tanti nominis præsi-
 „dio seditiosam suam pertinaciam ful-
 „cirent. Nil autem ardentius exopta-
 „mus, nisi ut Deum rogemus, ut San-
 „ctitatis vestræ vitam adeo sanctam,
 „ad labores adeo impigram, tam per-
 „fectam, tamque gloriosam prolongare
 „velit. Hæc est meta votorum, quæ
 „ardentissimo affectu effundunt Sancti-
 „tatis vestræ humillimi, obsequiosissi-
 „mi atque addictissimi Filii ac Servi.

*Cardinalis de Rohan, Cardinalis
 de Bissy & Cardinalis Fleury.*

§. LXVIII.

Petri Priuli Cardinalis obitus.

Ex Purpuratorum Collegio hoc anno
 quatuor Cardinales naturæ debi-
 tum solverunt; hos inter primus erat
 Petrus Priulus ex pervetusta ac Illust-
 rissima